


BIBLIOTECA DE LA UNIVERSIDAD

FACULTÉ  
DE  
THÉOLOGIE  
DE PARIS  
THÈSES

BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
M.S.  
692



BIBL.  
DE  
L'UNIVERSITÉ  
MS.  
692





Volume de 409 feuillets  
(moins 25, 26 et 346)  
20 Juin 1912











248

De Systematibus

ad Conscientiam inertam dirigendam  
excogitatis.

pro  
L. Shirley

2/20

of the

of the

of the

of the

Status questionis.

Circa conscientiam incertam magnum adesse primum: non licet actum ponere de cujus licitate ambigitur. Verumtamen principia moralia, quando ad intricatos vite quotidiano casus derivantur, luce adeo tremula lucent, ut conscientiam sepius relinquunt in fluctuatione Directa. Aliunde, si tunc semper abstinendum foret ab actibus dubia honestatis, nimis angustaretur virtutis iter. Hinc frequens recursus ad principia reflexa, quorum ope conscientia practice certa fiat. Ad hoc principia eligenda allaborand nulli, precipue probabilistae et probabilioristae. Quas ultimam deinde regulas quas tuto in omni casu sequi possit conscientia incerta ad certa fiat hic perpendere juvabit. Sed primum inter ipsos licet componere tentemus, opus pretium erit pauca praemittere de variis Systematibus exogitatis ad conscientiam certam ex incerta faciendam.

Enumerantur Systemata.

Septem sunt systemata praecipua pro variis gradibus probabilitatis quos requirunt sive in opinione que favet legi ut illam sequi teneantur, sive in opinione que favet libertati ut illam sequi permittantur.

1<sup>o</sup> Tutoristae rigidi docent requiri semper actum certitudinem directam de ejus licitate. Dam-nati sunt ab Alexandro papa VIII (1690).

2<sup>o</sup> Tutoristae quibus satis est opinio probabilissima de licitate actus, ut statim agere liceat; in quo

errand sed non periculose.

3° Probabilioriste censend licitum esse sequi opinionem minus tutam, dummodo sit vere et notabiliter probabilior; humanum est enim et vere prudens sequi probabilis ubi deficit certum.

4° Equiprobabiliste seu Probabiliste tenent licitum esse sequi opinionem minus tutam dum sit aequa vel fere aequa probabilis ac tutior cui contra dicit. Ipsorum principia infra discutiemus.

5° Minusprobabiliste, iuxta quos, inter opiniones vere probabiles licet sequi minus tutam et simul minus probabilem. Eadem principia appelland a Probabiliste, et eodem jure.

6° Minusprobabiliste qui melli dulcedinem ad dentes, voluerunt mitigare Minusprobabilismum sicut ab eo viderant equiprobabilismum temperari. Contra hanc propositionem damnatam ab Innocentio XI, anno 1679: a Generatione, dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

7° Est et ultimum Systema quod recte Antiprobabilismus vocaretur, quod censent dilectum, & gloriosissimum esse systemata nimis angusta. Affirmans suum systema tenuisse omnes Theologos qui ante Medinam (1577) scripserunt et ad hoc nostro tempore rediisse Muzzarelli, S. Penitentiae Theologum, et inelytum Rosmini. De hoc systemate quaedam infra dicemus.

1° De Probabilismo.

Auctoritates et rationes allegat. Primum. Septem sunt enim principia, quorum alia inter se ordinantur, fraternamque operam sibi invicem ferunt, alia sunt inordinata quentlibet inter se nexum et ordinem fratri invidiam: deum ex illis aliud est generale, alia particularia, quae conjunctis viribus protant et sustentant principium generale, quod non est nisi ipsissima Doctrina Plurimi.

1. De principio generali Plurimi.

Itud est: Lex dubia non obligat. Cuius: 1° quia non est sufficienter promulgata; 2° quia est ininvicibiliter ignorata; 3° quia lex incerta certam requirit obligationem inducere. Intra principia particularia quae sunt probationes generalis principii. Cum vero principium generale sit <sup>necessaria</sup> consequentia particularium principiorum, ista sunt, si illud suad; et cum aliunde haec principia particularia unica sint generalis fulcimenta, cursum illud vult si ista ruerint. Atqui stare requirit principium generale.

Illud enim principium abiudicandum quod est 1° in se falsum, 2° in multis suis necessariis applicationibus damnatum vel universaliter abnegetur, 3° In suis consecratis periculosum. Atqui tale est principium funda.

mentate Placui: lex dubia non obligat. Ergo.  
Prob. 1<sup>o</sup> lex in se falsum, cum illud principium  
morale sit falsum in se quod repellit omnem  
conscientiam rectam, subtititabilis scholasticis alienis.  
2<sup>o</sup> Damnatum est à S. Sede et est univ-  
ersaliter abnegatum in necessariis suis appli-  
cationibus quas vocant casus speciales.  
Quisquis dicit S. Greg. non possunt existere  
lithatam arundinem ipsis lateri affixum  
à casibus specialibus, nam leges si prin-  
cipium <sup>non</sup> est falsum in illis, nisi quod  
est falsum in se.  
3<sup>o</sup> lex principium in consuetudinibus periculosum,  
nam velint nolint Aristot., dicit recta in  
saxismura.

Ergo abdicandum: lex dubia non obligat.  
Ergo est rejicienda principia quae ad illud  
ducunt, quoque jam in se et propriis viden-  
da sunt.

## 2. De principiis ordinatis Aristoteli.

Ille principia sunt respicienda quae 1. in suis  
necessariis applicationibus et consuetudinibus dam-  
nata sunt, 2. sunt in se falsa; atque talia  
sunt principia: lex dubia est insufficientes pro-  
nulgata, invincibiliter ignorata, certis obliga-  
tionibus inducenda inhabilis. Ergo...

1<sup>o</sup> Damnata sunt... nam in  
ipsis comprehenduntur casus speciales, et ab illis

in laxissimum ferimus.

2<sup>o</sup> falsa sunt haec principia 1. Lex dubia est insufficienter promulgata, quod est tautologia si post promulgationem intelligitur legis notitia, et assertio falsa est absurda si intelligitur solemnitas qua lex communitati denuntiatur.

2. Lex dubia invisibiliter ignoratur. Nullius roboris dicebat esse hoc principium Suarezius, et tamen ipsi unice confidit S. Martin, Soc. Jesu, confundente omnem reverendus Pater ignorantiam invisibilem cum dubio insuperabili.

3. Lex dubia certam requirit obligationem inducere. Inducit tamen certam obligationem in casibus specialibus. — Non potest quidem immediate dicere inducere certam obligationem, sed potest mediate. Dubium legis generat enim fluctuationem conscientiae; fluctuatio conscientiae generat obligationem; certum est dubium, certa fluctuatio, certa obligatio.

3. De principis Plurimi inordinatis.

Tria iterum sunt illa principia: Qui plures agit, prudenter agit. In dubio melior est conditio possidentis. In dubio minus onerosum est sequi tutius.

1<sup>o</sup> Qui plures agit, prudenter agit. Haec regula ad falsa dicitur, scilicet ad casus speciales et ad laxissimum; est in se falsa sive requiratur probabilitas subjectiva et propria, sive pro-

1. leg. lib. I, n. 26.

D. D. Gouner.

probabilitas objectiva et aliena.

2° In dubio melior est conditio possidentis.

Hoc principium contradicit aliis, et dicit necessa-  
rio ad laicismum simul et ad rigorismum.

Grati omnino protrahitur extra materiam jus-  
titiae et in materiis moralibus nulla potest  
pollere auctoritate cum falso asseratur libe-  
tatem possidere ante legem.

3° In dubio nimis onerosum est sequi tutius.

Hoc principium falsum est cum illud non sit  
nimis onerosum quod jugum homini impositum  
non gravat, quod non plura praecipit quam  
X<sup>us</sup> ipse: Atque negatio hujus ultimi principii  
nihil addit juxta Christianis imposito. Ergo

S. hij. I, to I, n° 26-40

#### 4. De auctoritatibus Probabilistis.

Multi hodie Plura argumentum ex auctoritate pro-  
cedenti silentio praeterunt. Multi etiam illud  
instituerunt a seculo XVI tantum, totam retro anti-  
quitate sibi oppositi confitentes. Et illud revere  
notabile est, viros in antiquitate X<sup>us</sup> veritate  
mos omnes rejicere Plurimum ut antiquitate  
contrarium. Argumentum ex auctoritate  
Plurimum est ergo argumentum manuum S.  
Scripturae et S. Patribus destitutum.

1. Auctoritas Ebraea, quae sinit doceri Plurimum  
Declaravit nihil censuram dignum reperi-  
fuisse in operibus S. Hieronimi, Plurimum patrum  
ni et non esse iniquitandos professores Plurimum

Vid. Oden XIV. de canon. S. S. II, n° 27, 29, 34.

vel confessorem jurantem in verba S. Ligorii.  
Nemo est qui non videat quam facile sit  
responsio his omnibus argumentis.

2. Auctoritas E. C. veterum. Quidquid agant  
Plistae ut veteres Theologos sibi adjungant,  
ipsis opponitur magnum illud factum: Barth.  
Merina pater Plistae multos sibi objicit au-  
tores Plistae quem inducit et inaugurat  
Contrarios, faventem vero nullum! Mihi tamen  
conatur Merina ad suas partes trahere unum.

3. Auctoritas E. C. recentium. Haec est aurea  
aetas Plistae. Verillus enumerat 200 E. C.  
probabilistas praesertim à 1609 usque ad 1669;  
multi certe plusquam dubii, sed in dubio Plistae  
rem arripit. Ab anno 1669 cum in judicium  
laxissimum laboretur Plistae, decrevit numerus  
Plistarum, sed ab anno 1820 novas resumpsit  
vires Plistae, occasione Canonizationis S. Ligorii,  
et propagantibus reverendissimis Societatis Jesu  
Sacerdotibus.

4. Auctoritas Juris Canonici. ~~Plistae~~ Plistae  
runt Plistae plura Juris Canonici effata  
ad suum systema fulciendum, quae vero  
nunquam in sensu Probabilista intellexerunt  
Canonista, qui quanto ~~obscuro~~ peritissimi, tanto  
Plistae infensiores. Quos pervolvens S. Ligorius,  
ipsoque videns regula tutioris partis ex visceribus  
adhaerere, sensit medios delapsus in hostes, retroque

pedem trahens, eos eludere conatus hoc generali  
effugio: a quibus canones precipiunt? In dubiis tutior  
partem esse eligendam. Sed, si non sumus in  
Dubio, si per principia reflexa quis sibi jam  
formam consentientiam moraliter certam de honestate  
actionis, et à finibus dubietatis egredietur,  
quid obstat hęc regula? Dubitamus utrum  
reverentia S. Alphonsi debita nobis permittat  
referre tam inanes ejus captiones. Sed certe  
nobis ignoscat pius doctor, si nos quoque, saltem  
semel, in dubio partem libertatis amplectamur.

## II° De Probabiliorismo.

Explorata tentantia Probabilismi, nunc nobis  
res manet cum Probabilioristis, qui et ipsi ad  
suum stabiliant systema pugnantium habent  
cum Tutiorista & cum Probabilista.  
1° Probabiliorista contra Probabilistam. Hic  
probabiliorista laessere non potest nisi inde  
recte probando suaves principia, aut directe  
probando systema Probabilioritatis esse nimis onerosum.  
Prius quam infelici exitu effecit recordamur,  
posterius si tentat L. Gury, S. J. in illud sys-  
tema Deserendum, ex quo sequitur magna dif-  
ficultas pro Confessariis, magna pro Fidelibus,  
magna fluctuatio doctrinae. Atqui ex Probabi-  
lismo sequitur 1° Magna difficultas pro Confessariis.

„saris qui incurrunt periculum peccandi ob defectum  
 „diligentiae in perpendendis variis gradibus obligati-  
 „onum, praesertim in materia restitutionis;  
 „resolvendi utrum opinio quae ipsis apparet pro-  
 „babilior sit vera talis in se; periculum tenendi  
 „aliud in speculatione, aliud in praxi, ob diffi-  
 „cultatem applicandi principia Juris. 2<sup>o</sup> ma-  
 „gna difficultas pro confessoris fidelibus: ipsis enim  
 „imponitur obligatio inquirendi in dubiis quid  
 „sit probabilius, quod operosum est etiam doctis ipsis.  
 „3<sup>o</sup> Fluctuatio doctrinae perpetua: posita enim obli-  
 „gatione sequendi <sup>quod</sup> probabilius unicuique videtur, ne-  
 „cessario discrepabunt inter se: hinc quanta  
 „Decisionum confusio, perplexitas fidelium  
 „quanta.....” Haec contracta ex compendio  
 S. Gury. Resolvimus autem utri sit illa  
 amplificatio opportunior, vel retrahendo  
 à Probabilismo virum gravem, vel ipsi con-  
 siliando pigrorum et illitteratorum turmas.  
 Longius haec referre solet, quae fere omnia  
 possunt in Probabilistam converti.  
 2<sup>o</sup> Probabiliorista contra Turtioristam. Probabiliorista  
 qui modo respiciebat Probabilistam, nunc Turtioristam  
 suspicere cogitur, ipsi ad contra ipsum pugnam.  
 Probabiliorista opprimit primum Turtioristam mole  
 autoritatis. Quotus enim quisque Turtioristarum  
 adhuc hodie invenitur? Lanisfini sunt, paucis-  
 simorum heredes patrum et jansenistis plus

exque affiniem

11. Tutiorista incurrit tantum periculum remotum  
scilicet violandi legem sed sensus communis  
vocat illud timidiorem diu prudens est Probabilista  
autem qui incurrit tantum hoc ipsum periculum  
remotum. — Tutiorista eximit tantum a legibus  
tametsi probabilibus ac quibus praece existunt;  
ligat legibus minus, aequa, magis pleribus, et  
quibus multa non existunt. —

Huiusque memoravimus omnes in strictissimum  
objectionibus ex quibus feliciter se expedit: tunc  
et aliae quarum comidit ictu. Ut enim hoc  
systema ad formandam conscientiam dubiam  
intererat ad omnes casus resolvendos aptum  
esse sebet. Si quaedam excludat nec suis  
regulis regere potest, manum et invalidum  
dum est. Et tamen ita se res habet.

Primo enim impugnat in casus speciales ubi auctere  
cogitur ad rigorismum. Nunc accedit ad  
tutiorismum in casu v.g. ubi lex minus  
probabilis servari potest fere sine ulla incommoda.  
Nunc accedit ad strictismum vel in casibus ubi lex  
dubia non potest servari sine incommodo satis  
gravi, vel in casibus ubi lex est in se certa  
et incommoda incertum sed vere grave ita  
ut si certum fuerit, lex jam esse obligare.

De Antiprobabilismo.

Invenendum ergo est aliud systema quod  
nobis praebet regulam tutam, universalem

certam ad ad primum reducibilem in omnibus  
 casibus, cum illam dare non possint nec  
 Soluta, nec Soluta nec etiam Tutorista,  
 Muzzaletti in opusculo de Regula Opinionum  
 moralium, recte existimavit hanc regulam  
 inveniri in principio quod Benedictus XIV in bulla  
 in bulla Apostolica constitutio: a In re dubia confes-  
 sarii) propriae opinioni non insistantur, sed  
 „ antequam causam dirimant, libros consulant  
 „ quamplurimos, eos imprimis quorum doctrina  
 „ solidior, ac deinde in eam sententiam descen-  
 „ dant, quam ratio suadet & firmas auctoritas „,  
 Inare optandum esset ut omissis speculativis  
 ad novis de probabili et probabiliori  
 controversiis omnes eandem regulam ample-  
 terentur a Ben. XIV propositam. Quis enim  
 reprehensibilis erit aut apud Deum, aut apud  
 homines, si eas partes suscipiat, quas tum  
 ratione, tum auctoritate plane confirmatas  
 intelliget? Ad quid aliud in rebus obscuris  
 et arduis teneri prudentem hominem demon-  
 strabitur? Neque opus est ut in declarando  
 quid sit rationis suasio et confirmatio  
 auctoritatis diu immoremur. Intelligunt  
 omnes suasionem rectae rationis in rebus contro-  
 versis tunc haberi, cum repositis omnibus animi  
 et intellectus falsis, ineptis et injustis pre-  
 occupationibus, ratio juxta regulas ratiocinandi

rite adhibitas induit hominem prudentem et  
saltem medicitate doctum ad probandum alicui  
parti iudicii sui apertum, et si non absit  
formido de opposito; & pariter hoc iudicium  
auctoritate confirmari, cum in eadem opi-  
nionem Descendisse videmus aliquos doctores, qui  
apud viros sensatos et doctos pro sententiis et  
classiis habentur et quos deceptos fuisse in  
rationibus pro sua opinione adductis non  
evincitur à classis doctoribus oppositae senten-  
tiae. Hanc methodo servata, et in praxim de-  
ducta sive in consiliis, sive in scriptis, tandem  
ad eam regulam egressus fuit, quam usque ad  
posteriora secula prudens antiquitas servavit.  
Item, ut optime ait Melchior Panus, omne  
argumentum vel à ratione, vel ab auctori-  
tate ducitur, et his duobus modis eoque  
rei, quae in controversiam venit, assensionem  
facimus. Cum verò auctoritas cum ratione  
concurrat, tunc omne argumentum cuiusque  
prudenti viro satis probatur. Haec simul  
eliminabitur illa methodus, quae non infe-  
quenter apud aliquos morales Ethos observatur,  
ut protermissis rationibus, simpliciter dicatur  
Hanc sententiam Lessius, wavarus... vocant  
„probabilem; hayman, Escobar... probabilis.  
„rem...“ Sed pro unâquaque controversia opinio  
in medium adductus ea sententia quam ratio

suadet, et auctoritas firmat, rationibus et  
 auctoritatibus adversis solide repudiatis.  
 Et revera hoc solum est, quod et scribentis  
 Doctrinam pro se fert, et legenti Commodum  
 prebet, ut aut veritatem invenire, aut  
 saltem ad veritatem propius accedere  
 possit. Forsan hujus ope regule omnia  
 inter doctores dissidia non auferentur.  
 Unde quisque sepius enim evenit quod uni  
 ratio suadet, alteri non suadere, et etiam  
 dissuadere interdum. Sed si quisque suadentes  
 rationes in medium proferre et auctoritate  
 plane confirmare debeat, cautus erit, ne  
 ineptus et singularis appareat; et si hoc non  
 prestat, facile in suis fallaciis et cavilla-  
 tionibus deprehensus tenebitur. Denique  
 cum non omnes scopulos et syrtis evitare  
 possimus, ea tamen via gubernandum  
 dirigendum est, quo a Syrtibus et scopulis  
 magis immunis existimatur.

200

256

100

257

